

The Electronic Manipulus florum  
www.manipulusflorum.com

Milicia i  
cum fonte primo

Nunquam enim ad contumaciam pari consensu multitudo prorumpit, sed incitatur paucis qui uiciorum scelerumque impunitate sperant peccare cum plurimis. Quod si ferri medicinam necessitas extrema persuaserit, rectius est more maiorum in auctores criminum uindicari ut ad omnes metus, ad paucos pena perueniat. Laudabiliores tamen duces sunt quorum exercitum ad modestiam labor et usus instituit quam illi quorum milites ad obedienciam suppliciorum formido compellit.

Ibidem (Vegecius libro II.).

Numquam enim ad contumaciam pari consensu multitudo prorumpit sed incitatur a paucis, qui vitiorum scelerumque impunitatem sperant peccare cum plurimis. Quod si ferri medicinam necessitas extrema persuaserit, rectius est more maiorum in auctores criminum vindicari, ut ad omnes metus, ad paucos poena perueniat. Laudabiliores tamen duces sunt quorum exercitum ad modestiam labor et usus instituit quam illi quorum milites ad oboedientiam suppliciorum formido compellit.

Publius Flavius Vegetius Renatus,  
*Epitoma rei militaris*, 3, 4, 8-10 (M.D.  
Reeve ed., p.72, ll.7-17).